



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

32. C. Bernardi exprobratio cum Hollandis. Brabeckius Hagam legatur.
Ejus dexteritas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1659.

tionem hujusmodi declinare Magistratum, dolum suspicata, pervigilio sanctorum omnium in Curiam involat; eaque importunitate tractat Senatores, ut vix à tumultu ac violentia modus discrepârit. Et quanquam plurimum designatio omiſſa tunc est, nihilominus qui Comitibus-Hagæ morabantur, decimâ quartâ Novembris ab

A Batavis protectione petunt. ordinibus palam auditi, post iteratam pro tot beneficiis gratiarum actionem, in prasente cum Principe controversâ Reip. interpositionem flagitant ac protectionem; simulq; pedites sexcentos, equitum vero turmas quatuor submitti prasidio Civitatis.

32.

C. Bernardi exprobatio cum Hollandi.

Princeps de his certior actutum Ordinibus factum exprobrat, epistolâ acriter calamo exaratâ: & ad cætera Monasterienses Ablegatos, læsæ Majestatis reos declarat; quorum pervicaciam, si porro præter spem fovere & in re tam iniquâ adjumento esse pergant Ordines Batavorum non posse sibi vitio verti, si & ipse causæ suæ æquitatem sub quovis etiam clypeo tueatur. Falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim diverſe generes, in publicum exitiosi, nihil sperant nisi per discordias haberent. Non hic agi libertatis causam; privilegia sua civibus constare; nec eorum statui aut juribus inferri vim; possessiones, usus

omnia

omnia integra manere ; aliud nimirum
 agi, & potestatem Principis, falso li-
 bertatis & privilegiorum obtentu peti,
 quam inconcussam servari nullius magis
 intersit, quam omnium Principum, ne
 persimili exemplo ipsi aliquando à suis
 opprimantur.

Hæc inter Hagam ocyus ablegat Jo-
 docum Ethmundum *Brabeckium* Cathe- *Brabeck-*
 dralis Collegij Decanum, specie quidem *kius Ha-*
 salutandi Viduam Auriaci & filium Prin- *gam Le-*
 cipem, unaque numerandi pactam pecu- *gatur.*
 niarum partem, quæ ex transactione *Be-*
vergernensi stato tempore debebatur: re
 autem verâ uti Monasterienses studiosè
 observet, & sub manu, ut erat vir dex-
 ter, ordines divertat, ne postulatis eorum *Ejus*
 suffragentur. Nec inutilis fuit ejus præ- *dexteri-*
 sentia ; nam sub id Hagam appulsus pa- *tus.*
 lam quidem agit in aula Auriaci, & cum
 Cæsareo, & Electoris Brandenburgici Mi-
 nistris, sed & clam cum primoribus Pro-
 cerum Hollandiæ, & imprimis famoso
 Provinciæ istius Oratore *Joanne Wittio*,
 quorum operâ animos Ordinum diu su-
 stentavit, ne Monasterienses responsum
 obtinerent.

Friquetius etiam excitator, pro- 33.
 lixâ statim oratione, die octavâ decimâ *Friquet-*
 Novembris Reip. probat, & quæ acta *tij ad*
 sint apud Cæsarem, & quid tandem Au- *Batavos*
 licum *oratio.*